



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Causæ excusantes ab annua confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quatuor horis recitandi divinum officium:at illis transactis,non remanet obligatio præteriti diei, sed supervenit obligatio diei præsentis. Atque ex hac probabili sententia, sequitur eum, qui ob aliquod legitimum impedimentum, toto uno anno, v. g. propter inopiam Confessarij, non est confessus, non obligari in anno sequenti nisi ad unam confessionem intra ipsius anni latitudinem persolendam.

Causæ excusantes ab annua Confessione.

29. Illud nunc superest breviter addere, an aliquando ab ejusmodi annua confessione Fideles excusentur.

Dico cum Coninch. *de pœnit. disp. 5. n. 73.* excusari: & primò quidem eos, qui physice non possunt: ut qui carent Confessario, &c. Secundò eos, qui prudenter timent revelationem sigilli, aut ne ipse confitens incurrat in grave odium ipsius Confessarij. Tertiò eos, qui confiteri non possunt sine notabili incommodo vitæ, fortunarum, &c. Nam. ut *toties dictum est*, præcepta positiva non obligant cum tanto rigore. Incommoda, quæ oriuntur præcisè ex ipsa confessione, ut magna erubescencia, vel timor quòd teneatur quis à Confessario pro peccatore, non excusat: quia secus magni peccatores non tenerentur confiteri. Magnam erubescenciam excusare subditum ad confitendum reservata apud Superiorem docent Navarrus, & Sylvester apud Ludovicum à Cruce *de Bulla Crac. disp. 1. cap. 3. dub. 3. n. 11.* adde Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 9.* sed non placent: quia sic enervaretur vis reservationis. Quod si subditus per pium Confessarium petiit à Superiore, & non obtinuit licentiam alteri confitendi: diximus *cap. 1. n. 18. in fine n. 28.* quid habeat remedium.

30. Hinc sequitur, si non possum adire, vel vocare Confessarium, nisi conficiendo longum, ac laboriosum iter me excusari. Quale autem tale sit, ex diversis circumstantiis temporis, personarum, & similium, iudicio prudentis, est expendendum. Vnde quæ dixi *supra c. 1. §. 6. num. 19.*

31. Quod diximus de confessione, ut semel hic dicam, de Communione Paschali dictum esto: par enim est ratio.

32. Illud benè advertit Coninch *de pœnit. disp. 5. n. 74.* facilius Fideles excusari ab hac annua confessione, quæ tandem est ex Ecclesiastico præcepto, quam à confessione faciendâ, urgente mortis periculo, quæ est ex præcepto divino: tunc enim urgentior excusationis causa, ut per se patet, exposcitur.

33. Qui autem fecit confessionem invalidam, sive ex defectu doloris, sive ex defectu integritatis confessionis, sive ex defectu absolutionis, &c. non excusatur: sed debet denuo, antequam annus evolet, validè confiteri. Sic Suarez *de pœnit. disp. 36. sect. 7. n. 3.* Coninch. *de Sacram. disp. 5. dub. 9.* Layman. *lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 11.* & alij communiter. Ratio est, quia non fecit quod præceptum fuit: fuit autem præcepta confessio sacramentalis, quæ si est invalida, confessio non est. Nihil denuò confiteatur, subiacebit pœnis non constitutibus impositis. Sic Fagundez *præcept. Eccles. lib. 1. cap. 4. n. 12.* contra Henriquez *lib. 5. cap. 4. §. 1.*

34. Neque obstat quod ex communi doctrina, qui peccato mortali, vel etiam excommunicatus, excommunicatus, &c. *præcept. Eccl. lib. 1. cap. 6. num. 5.* communicat in Paschate, satisfaciit præcepto, nec subiacerit pœnis contra non communicantes infligendis: non obstat, inquam, quia hic verè suscipitur Sacramentum, licet illicitè, atque adeo fit quod præceptum est: ibi non item.

35. Verum opposita opinio, quod nimirum satisfiat præcepto per invalidam confessionem, esse probabilè merito putant nonnulli. Ita Fagund. *præcept. Eccl. 2. lib. 1. cap. 4.* citans Gabrielem, Sylvestrum, Victoriam, Alensem, Sâ, Canum, Ledesnam, Paludanum. Ratio est, quia Ecclesia solum externum confessionis actum præcipere potest, seu certè præcipit, & remissio peccatorum est finis præcepti, non tamen cadit sub præcepto.

Denique quando quis ad aliquod breve tempus satur, dicam *n. 5. §. fine*: ut item an sit obligatus niendi, dicam *n. 37. & 38.* denique quando est tollendi impedimenta, ut possit quis confiteri, *num. 40.*

§. I. V. Suscipiens reverenter, ad manum Eucharistia Sacramentum.

Ybi de obligatione præveniendi, & impedimenti.

De loco Communionis, de tempore, de qua præferim Religiosi.

36. **I**N Pascha, hoc est, ut jam consuetudo est, explicuit, à die Dominica Palmarum, &c. usque ad diem Dominicam in Albis. Cum autem præceptum sit additum temporis Paschali; qui communicavit, peccavit quidem graviter, sed non obligationem statim communicandi, nisi in Paschate: sicuti qui Missæ non interfuit die Dominice non obligatur audire statim die Lunæ. Ita Tol. apud Delugo *de Euch. disp. 16. sect. 14. n. 63.* Aliqui habiliter contrarium sentite non ignoramus, ut Vasquez, Fagund. apud eundem. Quod per Communionem peccaminosam satisfiat præcepto, dixi modo.

De prævidente impedimento.

37. Atqui prævidet se non posse communicare, èto Paschali tempore, obligaturne prævenire? docet Suarez, *ibid.* apud eundem Delugo. Negat *ibid.* apud eundem: quia præceptum non urget nisi in Paschate. Idem dic de eo, qui prævidet se, anno sequenti non posse: non enim obligatur hoc anno obligatione sequentis anni confiteri.

38. Ex hac probabili sententia sequitur si quis communicavit ante Pascha, & contingat forte tolli impedimentum, adhuc teneri in Paschate: quia non satisfecit præcepto. At non tenet si in die Communionis anticipavit ex intentione præparavit ex opinione suarum (quæ certè probabilis est quia sic jam implevit præceptum).

39. Sed quid, si quis dum est in prima hebdomada prævidet se non posse in secunda communicare: ne in prima hebdomada communionem peragat, pondere teneri, quia jam urget præceptum: ut quod si potest interesse Sacro mane diluculo, si prævidet non posse circa meridiem, manè tenetur: quia ex parte potest, ex alio præcepti obligatio adest. Idem præparat rationis dte de prævidente, se non posse confiteri in fine anni: obligatur enim si potest in initio.

De obligatione tollendi impedimenta.

40. Diximus de prævidente impedimento: dicamus consequenter de eo, qui impedimentum tollit, se, ad communicandum in Paschate, ut etiam ad tendendum intra annum, obligatur. An excommunicatus, v. g. an carcere detentus, an infirmus, & similes impediantur sub mortali propter præceptum Communionis Paschalis, & annuæ confessionis, quæret solutio nem ab excommunicatione, excarcerationem, sanitatem ut scilicet in Paschate communicare, & intra annum confiteri, licitè & expedite possint. Respondet communicatus obligatur, carcere detentus, & similis non obligantur. Sic Suarez, Avila, Fagund. *de Sacram. lib. 1. cap. 4. de leg. cap. 3. dub. 37. num. 433.* Delugo *de Euch. disp. 26. sect. 2. num. 17.* contra Hering. *lib. 1. cap. 1. num. 1.* Ratio prioris dicti est, quia præceptum Communionis, & confessionis est magni momenti: confessio, & communio maxime conferant ad animæ salutem, & ideo rigidè obligat, & consequenter obligat